



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Regvlarvm Vtrivsque Ivris Cvm Ampliationibvs Ac
Limitationibvs**

Dueñas, Pedro

Venetiis, 1566

Regvla CXL.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63232)

C. communia de legat. Bal. Nouellus in suo tract. de do-
te, circa med. uerfi. in fratre tamen eam alere tenetur. &
Bal. in l. fina. C. de iure doct. & in hac ciuitate pluries iu-
dicatum fuit ad curiam examinat. ad fauorem parentum
contra filias & nouissime ad instantiam d. Baptistæ Aro-
mat. ad insigne ballantiarum de anno M. D. L X I I.
in mense Octob.

Fallit etiam quando filia esset hæretica, quia parentes
eam dotare non tenentur, secundum Alex. post Bal. in l. ij.
C. communia de legat. & glo. in l. mater. C. de iure dot. in
uerfi. mater. & l. cognouimus. C. de hæret. Alex. in l. i. nu.
ii. ff. sol. mat. & Carre. in tract. de hæret. nu. 148.

REGVLA CXL.

Pauper nobilis habens domum ruinosam, si propter in-
digentiam non potest eam reficere, ne ciuitas eius de-
structione deturpetur. ut l. si. ff. nequid in loco pub. f. & l.
C. de edif. priua. potest compelli ad illam uendendum
ut est in argumento. l. fin. C. quib. ex causis ser. prem. lib.
accip. & l. in l. ff. ad syllan. in princ. & fuit doct. sp. in tit. de
suis s. est quoque. uerfi. circa hoc quæritur Felin. in c.
nonnulli. col. 22. de rescript. Roma. sing. 718. & sing. 784.
pauper & est pars M. consi. in hac ciuitate 1546. 4. Sept.
in hac materia.

Ampliatur d. regula ut habeat locum in proprietatibus
huius inclitæ ciuitatis. Ruinosis ex autoritate data cla-
rissimis Prouis. communis de uendendis, alienandis, uel
luellandis proprietatibus modis. & forma partis. ut in
ea, quam uide, facta de anno 1546. 4. Sept. in M. consi.

Fallit quando esset imposita seruitus oneris ferendi in
domo ruinosa, quia tunc si potest, tenetur eam refi-
cere sumptibus suis ad hoc ut possit onera sustinere, ali-
ter dominus alterius partis tenetur eam reficere seu re-
staurare, secundum Cæpol. in c. 59. in princ. de seruit. ur-
ba. prædio. nu. i. q. nor.

REGV.